



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XV. Markgraf Otto vereignet dem Bisthum Havelberg das Dorf Doberkow und Zwölf Hufen Landes bei Schönhausen und Bischofsdorf und erhält dagegen die Zehnthhebung im Lande Prizwalk zu Lehn, im Jahre 1267.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

XV. Markgraf Otto verzeiguet dem Bisthum Havelberg das Dorf Doberkow und zwölf Hufen Landes bei Schönhausen und Bischofsdorf und erhält dagegen die Zehnthebung im Lande Prizwalk zu Lehn, im Jahre 1267.

In nomine domini amen. Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, vniuersis tam presentis temporis quam futuri, ad quos literè presentes pervenerint, salutem et omne bonorum omnium incrementum. Que geruntur in tempore, ne recedant tempori, literarum solent testimoniis perhennari. Recognoscimus igitur, et presentibus publice protestamur, quod nos de uoluntate et consensu nostrorum filiorum venerabilij Domino heinrico havelbergensi episcopo et omnibus suis successoribus, villam dobrekouwe cum mansis XXV^a, nec non mansos duodecim in nemore, uillis eiusdem domini episcopi Schonhusen et Bisschofestorp contiguo, cum pleno iure, advocacia et omni utilitate, que in ipsa villa et mansis nunc est, aut in posterum nominari poterit, aut haberi, damus et tradimus proprietatis tytulo in perpetuum liberos possidendos, ita uidelicet, ut nos una cum omnibus heredibus nostris veris, a nobis directa linea descendentibus, decimam in toto territorio Prezwalk, excepta III. parte decime, pertinentis ad sacerdotum prebendam, prout hactenus receperunt, quantum ad nostrum pertinet dominium, possimus deinceps salubrius habere et convenientius possidere. Si autem nobis aut nostris haeredibus nulli veri haeredes successerint, memorata decima in predicto territorio ad eiusdem ecclesie episcopum, quicumque pro tempore fuerit, devolvetur, proviso quod feodatiis sua feoda conferantur. Ceterum idem dominus episcopus et omnes sui successores recipient de quolibet manso territorij nostri Prezwalk denarios III^{or}. monete Brandenburgensis, de bonis tam infeodatis, quam non infeodatis, Theutonicalibus et Slaicalibus in crastino S. Michaelis annis singulis persolvendos. Quos siquidem denarios dictus episcopus infeodare aut alienare non poterit quoquo (modo), verum ipsos in memoriam recompensationis sepe dicte decime suo usui retinebit, adiecto, quod si aliqui in predictorum denariorum solutione forsitan maluoli fuerint et rebelles, posito eciam, quod dominus uille existat, hos episcopus existens pro tempore ad solutionem huiusmodi per censuram ecclesiasticam, sine nostra indignatione, immo potius uoluntate compellat. Huius rei testes sunt Illustris princeps dominus Barnem dux Slauorum, et albertus Prepositus de Stendal, Johannes de Nemick, Heinrichus de Wudenswege, Hartmannus Advocatus in Stargarde, Heinrichus Dorgaz, Rudolphus munt, Guntherus de Reberg, Bruningus et Albertus de Redingeldorp, Engelke de Dewicz, Johannes de Dewicz, et alii quam plures. In premissorum vero omnium perpetuam firmitatem, damus presens instrumentum, nostro et filiorum nostrorum sigillis proinde communitum. Datum Stargarde anno Domini M^o. CC^o. LXVII^o, XVII. kal. Junii.

Nach dem Havelberger Copialbuche fol. 11. Fehlerhaft abgedruckt bei Buchholz a. a. D. S. 95, 96.

XVI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad vergleichen den Bischof Heinrich von Havelberg mit dem Ritter Heinrich von Wildenhagen und mit denen von Königsberg wegen streitiger Grenzen an der Karthäne und verkaufen dem Bischofe 15 Hufen Landes im Rodahn bei Studeniz und alle Ländereien jenseits der Grabeniz, im Jahre 1274.

Johannes Otto et Conradus dei gracia brandenburgenses Marchiones omnibus in perpetuum uolumus esse notum, quod cum venerabili patre domino Hinrico havelb. eocl. episcopo